

quadam necessitate, ita Loh. alique apud Gob. in Exp. t. 3. num. 330. imo Sanch. num. 27. Dian. supra & alii credunt u-

216 §. 5. Si quis ceram Agni Dei benedictam liquefaciat cum alia cera non benedicta, tota cera fit benedicta, dummodo quantitas benedictae superet, ad eum modum, quo aqua non benedicta, si effundatur benedicta, fit benedicta, ut pluribus docet Gob. in Quint. t. 5. cap. 23. a num. 261. id tamen in Agni Dei illicite fieri docet Gob. supra in Exp. numer. 332. quamvis licite fiat in aqua benedicta, quia illa liquefacta ce-

217 §. 6. Si qui ossa Agni, qui in Paschate benedicuntur, det canibus, aut putamina ovorum, quae etiam tunc benedicuntur, projiciat in finetum, Gregorius dicit peccare, quia rem benedictam non tractat decenter; hinc vult comburi, & cineres decenter tractari: sed probabilis est in neutro peccari, tum quia illa non sententur benedicti, sed accessorie & per accidens habent se ad comestibilia, super quae centur cadere benedictio, tum etiam, quia res ejusmodi id est per quam redduntur constitutiva hinc consecratis, id est per quam redduntur res in rigore consecratae, sed tantum benedictione invocata, per quam solum invocatur specialis assidens Dei circa rerum illarum usus; quae autem sic benedicuntur, possunt adhiberi ad omnem usum, ad quem poterant, antequam benedicerentur, nam etiam fessissime a Sacerdote benedicuntur omnes cibi ante mensam, & tamen postea ex illis cibis datur canibus, Cajet. Laym. lib. 5. t. 9. cap. 13. numer. 4. Gob. supra in Quint. num. 252. Similiter est licitum candelis vel aqua benedicta ut ad alios usus profanos & decentes v. gr. ad habendum lumen pro studio, ad miscendum vinum pro potu, Tambur. apud Gob. num. 259. & in Exp. n. 334. quamvis alii contrarium fudeant.

218 §. 7. Missalia vel Biblia sacra non debent facile adhiberi ad usus profanos, Gob. num. 371. dicens male fieri, si ideo dissolvantur, ut v. gr. ferviant compingendis libris, licet enim imagines, quae repraesentant Sanctos, censentur sordidos: ita libri illi, qui tantum sunt ad continentias, & referendas res sacras, nam etiam litteras a principibus ad nos scriptas solemus in honore habere. Aliud est de cartis aliis, quibus sacra nomina in nentio paginis aut per decursum incidenter interscuntur: hac enim sunt tantum accessorie, neque cartae ejusmodi ideo censentur sacra, sed sine scrupulo adhiberi possunt ad quovis usum. Notatque etiam Gob. num. 374. non apparere irreverentiam in hoc, quod folia Bibliorum calu, aut veritate dissoluta convertantur in usum profanum; De cultu imaginum, & reliquiarum videri debent dicta l. 3. p. 1. a. n. 15.

Qui plura volent de Sacramentalibus, consular Raynaudum Tom. 16. a p. 197. Idem Auctor Tom. 10. tr. 3. agit de Agno cereo; & tr. 4. de benedictione Rotae in Dominica 4. Quadragesimae, ubique multa eruditione scribens.

TRACTATUS II.

De Baptismo, & Confirmatione.

CAPUT PRIMUM.

De Baptismo.

219 Non agitur hic de Baptismo sanguinis, id est, Martyrio; cum nec de fiaminis, seu spiritus, id est, contritione, cum vero Baptismo, vel defecero; quia non sunt Sa- cramenta; sed de Baptismo fluminis, qui definitur Ab- lutio corporis exterior, facta sub praecipua forma verborum.

ADDENDA.

220 Quesl. 42. Quid notandum sit circa Baptismum sanguinis sive Martyrium? Resp. De etymologia & variis nominibus Baptismi, videri potest Arcudius in Concordia Ecclesiae occid. & orient. l. 1. c. 6. Circa Baptismum sanguinis sive Martyrium, nota seqq.

§. 1. Martyrium est vi vocis significat testimonium: potest autem definiti, persequi mortis, vel cruciatus lethalis pro Christi fide: unde ad Martyrium requiritur ut saltem cruciatus illatus mortis, nam §. Joannes Evangelista fuit vere Martyr, licet e ferventi oleo per miraculum illesus evaserit. 2. Persequi ob fidem Christi, nam Martyrem facit non perna sed causa, inquit SS. Cyrilianus, & Augustinus. 3. Illatio mortis vel cruciatus in odium fidei Christi.

221 §. 2. Quamvis Martyrium, prout est commune infantibus, non requirit voluntariam acceptationem, hanc tamen requirit in adultis, & quidem talem, quae sit ex motivo supernaturali, ut cum communi Averl. quesi. 70. sess. 6. §. Primo, a liquoq. neque in rigore esset confessio Christi, neque actus virtutis Christianae: sufficit tamen voluntas habitualiter perseverans. Caj. Con. Bon. Gob. in Exp. t. 2. a. n. 615. Hinc qui formo occideretur ex odio fidei, esset Martyr. Si tamen antecederet nihil cogitasset de morte ob fidem subeunda, Suar. Less. Laym. Dicalt. de Bapt. dist. 3. numer. 7. negant fore Martyrem.

222 §. 3. Mors confertur inferi ob fidem Christi, si inferatur propter opus vel defensionem alicujus virtutis Christianae, quia opera, secundum quod referuntur ad Deum, sunt quadam pro-

testationes fidei, & qui potius vult mori, quam deficere a virtute, factio ipso potestatur Deum esse summe venerandum, S. Th. 2. 2. quesi. 124. art. 5. Averl. §. Secundo. Gob. a num. 604. Et ita §. Joannes Baptista, non pro fide, sed pro reprehensione adulterii occisus est, uti & alii apud Mendo d. 5. n. 26. qui tamen vult vere Martyr.

§. 4. Si Sacerdos Catholicus ideo occidatur quia contra prohibitionem venit in regnum aatholicum, est Martyr, quamvis enim obtendatur violatio legis civilis, re ipsa tamen simul influit odium fidei vel religionis, ex quolata est talis lex, Dicalt. num. 48.

223 §. 5. Si invincibiliter putet opus, ob quod moritur, esse actum virtutis, cum tamen non sit, Rayn. tom. 18. de Martyrio per peccatum p. 2. cap. 3. numer. 17. dicit esse Martyrem, quia ideo moritur, quod nolit agere contra conscientiam invincibiliter errantem, hoc autem est mori propter Deum, & virtutem, ergo.

§. 6. De fide est, illos, qui se ipsos occidunt etiam propter peccatum a se perpetratum, non esse Martyres, nam Donatista & Circumcelliones id docentes damnantur in Concil. Rom. sub Melchiae Papa anno 313. & Carthaginiensi 1. anno 348. Imo milites Catholici, qui pugnando occiduntur ab hostibus fidei & in fidei odium, non sunt proprie Martyres, qui moriuntur tanquam milites non voluntarie, sed a morte se defendendo: Martyrium autem est imitatio Passionis Christi, inquit S. Thom. qui quasi agnus coram tonante se obmutuit, Itaque v. 7. Tann. Dicalt. num. 8. Si tamen milites tales victi, depositis armis occidantur propter fidem, sunt Martyres, Less. Gob. num. 614.

224 §. 7. De illis, qui in obsequio perfessorum ex charitate moriuntur, dicit Martyr. Rom. 28. Febr. quos velut Martyres Religiosi fides venerari consuevit. Et re ipsa Martyres esse, teste Mendo dist. 1. num. 151. teneantur 12. Academicis, 13. Cardinales, 12. Episcopis, & 264. Doctores, item alii 53. Scriptores cum Rayn. supra p. 2. & 4. E contra illos non est in regno Martyres, tenent alii plurimi cum Thoma Hurtado & Platelo p. 5. n. 151. quia nec cenentur mori pro fide Christi, nec pro defensione alicujus virtutis.

§. 8. Infantes per se solum Martyrium salvari, docent Catholici communiter, ita ut Suar. & alii, oppositum cenentur temerarium aut erroneum. Platel. num. 152. Putantque Tolet. Henric. Regim. Valq. Bonac. Dicalt. num. 11. etiam infantes in utero matris occisos esse Martyres, cum eadem sit ratio de ipsis, quae de aliis.

225 §. 9. Martyrium in adultis remittit omnem culpam, & peccatum, uti habet communis cum Dicalt. numer. 50. & ideo cap. cum Marthe. §. fin. de celebr. Missarum, dicitur, injuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre. Manet tamen gravis controversia, an hunc effectum habeat independenter ab actu Charitatis? unde queritur, si aliquis bona fide, & invincibiliter omittit actum charitatis in Martyrio, an vi Martyrii justificaretur? Videntur negare SS. Augustinus & Bernardus, apud Platel. numer. 159. & clare S. Th. 3. p. quesi. 66. art. 12. ad 2. Effusio sanguinis non habet rationem Baptismi, si sit sine charitate; ex quo patet, quod Baptismus sanguinis includit Baptismum fluminis. Similiter 2. 2. quesi. 124. art. 2. ad 2. Martyrium est charitatis ut imperantis, fortitudinis autem ut elicentis. Et eandem sententiam tenent S. Bonav. Alens. Scot. Dur. Canus. Ben. Kellifon, Valq. Laym. Ockeg. & ratio est, quia 1. ad Corinth. 13. v. 3. dicitur, Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. E contra quod justificet, non quidem stricte ex opere operato, sicuti Sacramenta, attamen quasi ex opere operantis, & ex quodam privilegio, quamvis absit actus charitatis, docent Cajet. Sot. Prap. Valent. Bellarm. Suar. Con. Tann. Less. Bonac. Caltrap. Rayn. p. 1. cap. 6. a num. 18. Platel. num. 154. Spor. de Penit. num. 161. Ill. t. 4. dist. 1. a. num. 17. Averl. quesi. 70. sess. 6. §. Quantum, Dicalt. a num. 13. Gob. num. 167. Gorm. de Bapt. num. 4. Et videtur idem velle S. Th. apud Platel. num. 160. dicens baptismum sanguinis non habere hoc ex opere operantis, sed ex imitatione Passionis Christi. Ratio horum est, quia Matth. 10. v. 32. & 39. Marci 8. v. 35. Luc. 9. v. 24. Joan. 12. v. 25. salus aeterna promittitur, hoc ipso quod quis vitam suam ponat propter Christum, quod fit, quando praesit mors sustinetur pro defensione fidei. 2. Quia SS. PP. apud Platel. num. 156. Martyrium aequiparant Baptismo, hic autem justificat seculo actu charitatis, uti tenent communiter omnes, ergo. 3. Quia martyrium ita justificat infantes, ergo etiam adultos, si nempe hi habent dispositionem necessariam, de qua §. 7. 4. Quia alius Martyrium non aliter deleret peccata, quam quodvis aliud opus ex charitate positum, 5. Quia licet non dabantur tres Baptismi, fluminis, flaminis & sanguinis, quod videtur esse contra communem sensum.

Ad rationem oppositam dici potest vel cum Platelo, quod To charitatem non habuero, intelligatur, non pure negative, sed contrarie, id est, si diffentiones, & schismata fovero, propter quae Apostolus ibi reprehendebat Corinthios: vel cum Averl. si propria sponte vel ex malo fine tradidero corpus meum, ut ardeam, vel cum Ill. si habitualis charitas non accedat ad Martyrium; vel cum Dicalt. licet alia omnia habuero, si non habuero charitatem, nihil mihi prodest, sicuti verum est, licet habuero Baptismum aquae, si charitatem non habuero, nihil mihi prodest.

§. 10. Ad Martyrium in homine adulto, qui personaliter peccavit, praequiritur poenitentia, saltem virtualis, uti ad Baptismum, secundum Trident. sess. 14. de Penitent. cap. 1. Nec obstat, quod SS. PP. dicant Martyrium habere majorem vim, quam baptismum, nam tantum volunt habere plus meriti, & majorem conferre gratiam, quod etiam docent S. Thom. Rayn. p. 2.

p. 2. c. 6. num. 8. Ill. num. 26. Sicuti autem ad baptismum sufficit attritio, ita etiam ad Martyrium, per se loquendo, uti docent AA. §. proced. pro secunda sententia citati. Imo putant aliqui cum Dicalt. num. 40. si Martyr incupabiliter omittit attritionem formalem, per accidens sufficere virtualem, quae includitur in voluntate subeundi morem pro Christo. Aliunde tamen tenetur Martyr elicere contritionem, tum quia omnes ad eam obligantur pro articulo mortis, secundum dicta l. 2. n. 130. tum etiam, quia illo tempore est obligatio sequendi tutiora.

220 §. 11. Vega, Suar. alique cum Dicalt. num. 39. putant gratiam tum causari, quando Martyr est ille vicinus morti, ut naturaliter non possit diutius vivere, quia tum moraliter adest Martyrium. E contra Rayn. num. 257. Platel. num. 171. Ill. num. 24. videtur velle, quod conferatur in ultimo instanti intrinseco vita, quia SS. PP. dicunt tunc conferri, quando amplius peccare non potest. Videri potest Averl. l. 5. Ad ult. rationem.

221 §. 12. Illicitum est se temere, & absque justa causa ingerere in Martyrium, S. Thom. Nav. Henric. Sanch. Dicalt. nu. 57. Ratio est 1. Quia homo non est Dominus vitae suae. 2. Quia occidens ita inducitur ad peccatum. 3. Quia haec est quadam tenentia Dei, uti notant SS. PP. apud Gob. num. 164. Hinc docent Laym. & Gob. se peccare mortaliter, si die Veneris abintinas a carabibus, sicut se manifestes esse Catholicum, praevident se ideo occidendum. Per accidens tamen licet est se offerre ad Martyrium, si nempe fiat ex instinctu divino, possitque etiam esse preceptum, si necesse foret ad vitandum scandalum, quod per diffimulationem vel fugam causaretur.

222 §. 13. Martyrio respondet in caelo laurea sive corolla, id est, speciale gaudium proveniens ex tam excellenti victoria & redundans in corpus, cum peculiari decore illius membri, in quo passus est Martyr, uti probabiliter docent Ray. p. 2. c. 6. n. 33. Gob. n. 619. Dicalt. n. 51.

223 Quesl. 43. Quid notandum sit circa Baptismum fluminis? R. Seqq.

§. 1. De fide est posse alicum salvari baptismo fluminis, sine baptismo fluminis aut sanguinis, uti dicitur n. 245.

224 §. 2. Baptismus fluminis est perfecta contritio, vel amor Dei super omnia, de quibus plura dicuntur in materia de Penitentia. Ad baptismum autem fluminis non requiritur expressam voluntatem vel desiderium baptismi aquae, sed sufficit implicitum, in clusum in voluntate servandi omnia Dei precepta, Suar. Valq. Valent. Gob. in Exp. t. 2. n. 637. contra Niquinum. Attritio tamen, etiam cum expresso voto baptismi non sufficit, quia non justificat sine Sacramento vel Martyrio.

225 Q. 44. Quenam haereses sint in Ecclesia exorta circa Baptismum fluminis seu aquae? R. Seqq.

1. S. Bernardus Epist. 77. refert haeresim aliquorum, qui dicebant absolute neminem absque baptismo aquae posse salvari; sed oppositum habet traditio Ecclesiae, nam baptismum sanguinis aut flaminis potest obtineri facili, uti constat ex dictis, & pro Baptismo fluminis est expressa decisio Innocent. III. Cap. Apostolicam, de Presbyt. non baptizat. Et ideo Trid. sess. 6. c. 4. docet justificationem haberi, aut lavacro regenerationis, aut ejus voto.

226 2. Flagellantes docuerunt Baptismum aquae mutatum esse in Baptismum sanguinis, sed damnantur anno 1311. in Concil. Viennensi sub Clem. 7.

227 3. Pelagius, Wiceloff, & Armeni, dixerunt Baptismum non esse necessarium ad salutem, & infantes eo non egere, eo quod careant peccato originali, sed damnantur in Concil. Milevitano II. & Trid. sess. 5. in Decreto de peccato orig. item sess. 7. de Bapt. Canon. 5.

228 4. Manes, Messaliani, Albanoenses, Abigenenses, Armeni dixerunt Baptismum aquae nullam habere vim, sed damnantur in Concil. Niceno v. Florent. sub Eugen. IV. anno 1439. & Trid. supra.

229 5. Petrus de Bruis, Henricus Tholofanus, & Anabaptistae anno 1202. dixerunt baptismum pueris usum rationis non habentibus nihil prodesse, sed damnantur in Concil. Later. sub Inn. III. anno 1215. & in aliis deinceps Conciliis.

230 6. Alii Anabaptistae dixerunt Baptismum solum adultis etatem Christi habentibus esse conferendum, sed damnantur a Trid. supra Can. 12. & 13.

231 7. Donatus Afer, Armeni & alii Anabaptistae anno 1558. dixerunt rebaptizandos esse illos, qui sunt de Ecclesia Romana; aut in infidelitatem relapsi, aut postea adulti non ratificant Baptismum in infantia susceptum, sed damnantur a Florent. supra & Trid. Can. 8. 11. & 14.

232 8. Armeni alique docuerunt, nemini conferri posse Baptismum, nisi eidem confertur unctio S. Chrismatum, & Sacramento Eucharistiae: E contra, Waldo, Wiceloff, & Waldenses dixerunt Baptismum esse recipiendum sine unctio olei, sed primi damnantur ex hacenus dictis: postremi autem in Concil. Laodiceo, anno 264. & Lateranensi sub Alex. II. anno 1179.

233 9. Lutherus docuit nullum peccatum, praeter originale, tolli per Baptismum, sed damnatur in Trid. sess. 5. in Decret. de peccat. orig.

234 10. Lutherus, Melanct. Brentius, Kennit. dixerunt infantes credere, dum baptizantur, sed manent damnati ex dictis a n. 249.

235 11. Materiam Baptismi non esse aquam sed ignem, docuerunt Galata, abutentes illis verbis S. Joannes Baptista, Matth. 3. v. 11. ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto & igni, ideoque ferro candenti inurebant frontibus hominum signum crucis: sed damnantur in Florent. & Trid. sess. 7. Can. 2. Verbis autem adultis significat S. Joannes, per suum baptismum homines disponi tantum ad penitentiam, sed per Baptismum Christi dandum Spiritum Sanctum, gratiam, & charitatem.

236 12. Marcus Augustinus anno 1558. Montanus anno 173. Paulus Syrus anno 266. docuerunt formam Baptismi in Ecclesia usita Theol. a P. Zach. locupl. Tom. II.

tam non esse veram formam, sed damnantur in Concil. Antiocheno & Niceno 1. anno 325.
13. Cathabryes dixerunt mortuos sine baptismo utiliter baptizari: Marcionitas putant alicum vivum posse baptizari pro tali defuncto; sed damnantur anno 397. in Concil. Carthaginiensi III. cap. 6. & Synodo Trullensi. Vide Averfam quesi. 68. sect. 1.

DUBIUM I.

Quae Materia Baptismi.

237 Resp. Materia remota licita, est aqua consecrata, si haberi potest; valida, est omnis & sola aqua elementaris, quae moraliter hominum altimatione fit naturalis & usulalis, qualis est putei, maris, paludis, pluviae &c. Item refusa, lata ex nive, grandinae, glacie, licet accidentaliter quoad colorem, saporem & odorem alterata sit, ut aqua sulphurea, lixivium jusculum aqua ita tenetur carne decoctum, aut aqua alteri corpori ita modice admixta, ut usum communi, & altimationem aquae retineat. Ratio responsionis est, ex Joannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. Quam S. Thom. confirmat triplici congruentia. 1. Est maxima commoditas usque. 2. Ejus facilissimum est usum. 3. Aptitudo ad significandum effectum qui est, emundatio a peccato. Unde refertur.

I. Inepta materia Baptismi est saliva, lotium, lacryma, sudor, cerevisia, item aqua sic permixta, ut non amplius sit apta ablutioni, nec vocetur aqua, v. gr. latum, brodium, vinum lymphatum; item aquae artificiales, ex rosis, herbis, succisque expressae, denique nix, grandis, glacies non resolutae. Ratio, quia morali hominum altimationem non censetur aqua naturalis & usualis. Laym. l. 5. tr. 2. c. 3. Bon. t. 1. de Sacr. d. 2. q. 2. p. 3.

II. Quia in quibusdam tam ex dictis, tum alia dubium est, verb. grat. de jusculo & cerevisia valde tenui, lixivio, & secundum Granad. in 3. part. cap. 4. t. 1. d. 3. dub. 2. aqua rosacea: hinc in necessitate licet illis uti, est potest, baptismum sub conditione sit repetendus. Vide Efcob. Laym. Bon. II. cc.

III. Ut aqua impura, vel non consecrata, cum alia haberi potest, est grave peccatum, ob Sacramenti irreverentiam. Bonac. nu. 7. & 8. Dian. p. 9. t. 6. R. 33. & alii quinquae, licet Granad. & Quintanad. putent non esse mortale uti non benedicta.

Resp. II. Proxima materia Baptismi est ablutio; Quae vide fit tribus modis, scilicet immersione, aspersione, infusione, juxta praxim diversarum Ecclesiarum, quae servanda est, ita ut morali hominum judicio censetur esse lotus. Ex praepcepto tenent caput abluendum est, quod praxi Ecclesiae habet. Ratio, quia quodlibet horum modorum fieri potest ablutio. Et quidem triam meritionem non esse necessarium, constat ex Concilio Toletano: Ubi tamen tria vel immersio vel infusio usitata est, sine gravi peccato, extra necessitatem, non potest praetermitti, ut docet D. Th. etiam alii, scilicet so scandalum, & contempnam, dicant esse tantum veniale. Laym. n. 4. Bon. l. c. Unde refertur.

I. Non vere baptizatur, cujus nulla pars immediate tangitur, v. g. infans in utero vel cista; vel adultus, cujus vestes tantum sunt aspersae. Laym. Bon. II. cc.

II. Non requiritur ad valorem, ut qui baptizatur emerget ex aqua, quod tamen grave peccatum est, esto nihil minus mortuus esset baptizandus, Laym. num. 5. Uti et fire, ut infans nihilominus morituram, vel mortis ream, apertum excipit, si nimirum mater fit morte digna, & si suppletum differatur, infans certo fit mortuus ante nativitatem. Verum recte addit ex Suar. casum hunc, vix moralem & practicum esse. V. l. c. Unde refertur.

III. Invalidus est Baptismus, 1. Si quis labatur in aquam, vel ab alio protrudatur, & tamen formam pronuntiet, 2. Si formam pronuntians teneat puerum, & alter abluat, aut aquam affundat. 3. Si aqua e fonte proflente, aut stillitico decendente, baptizandus est se submittat. Ratio, quia in his non tu, sed alter abluat. Bonac. pag. 2.

IV. Ob probabilem utriusque sententiam, dubius est Baptismus, ideoque si in necessitate sit datus, repetendus sub conditione. 1. Si tantum una vel altera gutta sit adhibita, v. g. si more aquae lustralis multitudine sit aspersa: Quod sine necessitate non licet, cum ab ablutionem non videatur sufficere quicumque aquae contactus, sed requiri successum cum aliquo motu, Bonac. num. 13. ex Suar. Kon. &c. In casu tamen necessitatis, sic baptizare concordat Merat. l. 3. p. 2. 74.

Granad. d. 4. num. 12. 2. Si tantum fit abluta pars nimis principalis, v. gr. digitus, manus, vel pes: Nam si pars principalis, v. gr. caput, vel pedes, nemo dubitat. 3. Si tantum crines sint tacti, licet Lug. Resp. Mor. l. 1. d. 1. hanc validum esse contendat. 4. Si infans tinctus, sit involutus adhiuscundem suae, id est, pelluculae corpori annata. In necessitate tamen in praedictis casibus baptismus debet conferri sub conditione. Hurt. de Bapt. d. 1. dist. 2. V. Laym. l. c.

V. Cum terra usurpatur assidue ante immersionem, ad nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, juxta praxim Ecclesiae, cavendum, ne ter, sed semel tantum pronuntietur forma. Quae rectius ita profertur, ut ante tertiam ablutionem non finiatur, quia forma cum quacumque prima ablutione baptismum constituit. Regim. l. 27. c. 3. Laym.

ADDENDA.

238 Q. 45. Quid praeterea circa materiam Baptismi fit notandum? Resp. Quandoam materia Baptismi dicitur substantialter vel tantum accidentaliter mutata, dictum est n. 21. & 22. Hic adde seqq.

§. 1. Quia saepe dicitur, an aliquid re ipsa sit vel non sit aqua naturalis, hinc oriuntur tot dubia circa materiam remota...

§. 2. Quod salivam vel sudorem attinet, certum videtur non esse aquam naturalem, ut habet Cap. penult. de Bapt. & pluribus offendit...

§. 3. Atramentum crassum non est materia valida, quia non retinet nomen, nec usum aquae; sed atramentum colorata, quia re ipsa est...

§. 4. Si nix vel glacies a baptizante ipso ita applicetur baptizando, ut fritione illa resolvatur, & fiat, Baptismus est certus...

§. 5. In Baptismo non solemni fed privato libere omittitur aqua benedicta, Pass. Quint. Gob. tr. 2. n. 41. Si tamen omittatur in solemni, probabilis videtur ob transgressionem...

§. 6. Si quis carens aqua infantem aliquoquin sine Baptismo mortuum projecerit in puteum, & sic profertur formam, Baptismus esse validus, quia esset vera immersio conjuncta cum forma...

§. 7. Quod corpus baptizandi debeat tangi aqua, certum est, uti recte Averf. Quarto, & Mendo d. 9. n. 22. Quod si aliquem ipsemet adducam & teneam sub stillicidio & profertur formam, recte baptizo, quia sufficienter dicitur ipsemet cum abluere...

§. 8. Si contra constitutum decetam Baptismus fiat per immersionem loco affusionis aq. Sor. Val. Dicalt. n. 43. Gob. n. 67. probabiliter dicitur esse veniale tantum, quia talis ritus non videtur gravior praecipui, nec censetur mutatio notabilis...

§. 9. Si Baptizandum abluatur in alia parte corporis quam in capite, v. g. in pectore, vel scapulis, Platel. n. 119. dicit Baptismus non esse certo validum: & idem videtur dicere alii apud Gob. n. 22. sed Sauc. T. 1. n. 1. Averf. §. Septimo, Merat. & alii communissime, merito dicunt, saltem si sit pars aliqua principalis...

§. 10. Si Baptizandum abluatur in alia parte corporis quam in capite, v. g. in pectore, vel scapulis, Platel. n. 119. dicit Baptismus non esse certo validum: & idem videtur dicere alii apud Gob. n. 22. sed Sauc. T. 1. n. 1. Averf. §. Septimo, Merat. & alii communissime, merito dicunt, saltem si sit pars aliqua principalis...

cipalis, Baptismus esse certo validum, quia verum est talem hominem esse ablatum, uti verum est, esse laesum, si laedatur in pectore.

DUBIUM II.

Quid sit forma Baptismi?

Resp. Forma necessaria Baptismi est haec, Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. A qua non differt illa Graecorum substantialiter: Baptizatus (vel ut Arcadius vult, Baptizatur) servus Christi in nomine Patris, &c. Porro quinquae sunt quae significantur in prolatione formae...

I. Persona baptizantis saltem implicite; quod in forma Graecorum non negligitur, cum To baptizetur, idem valeat, ac baptizetur a me. 2. Actus baptizandi; quia aliqui forsan non haberet connexionem cum materia, eaque non determinaret, cum ablato ad varios fines possit referri...

III. Non valet haec forma: Baptizo te nominibus Patris, & Filii, &c. quia multiplicatur natura, seu essentia divina. 2. Baptizo te in Patre & Filio, &c. vel cum Patre, &c. vel per Patrem; vel in nomine Patris, per Filium, in Spiritu sancto, vel in fide, virtute, maiestate Patris, &c. (quam tamen alii dicitur esse volunt.) Ratio, quia significatur diversitas essentiae, aut certe unitas non satis exprimitur...

IV. Dubia sunt formae, ob sententiam utrimque probabilis Auditorum. 1. Baptizo te in nomine Patris, in nomine Filii, in nomine Spiritus sancti, vel Baptizo te in nomine Patris, baptizo te in nomine Filii, &c. Ratio quia non exprimitur unitas essentiae. 2. Baptizo te in nomine genitoris, & geniti, & spirati; vel in nomine omnipotentis, sapientis, & boni, vel in nomine ingeniti, geniti, & boni: Ratio quia Trinitas personarum non explicatur vocabis, quibus a fidelibus omnibus debet, & potest apprehendi. Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & Mariae Virginis; quia dubium est de intentione Ministrum: qui si eo sensu voluit dicere, & Mariae, quod Patris, Filii, & Spiritus sancti, non valet; cum sit contra sensum essentialem a Christo intentum; si vero tantum voluit illam invocare, ut coadjutricem gratiae, impetrandae, vel laetiae, valet, cum tantum sit mutatio accidentaliter, Fill. n. 90. V. etiam Laym. & Bon. II. cc.

ADDENDA.

U. 46. quid praeterea circa formam baptismi sit notandum? R. 269. Quandonam forma Baptismi substantialiter vel tantum accidentaliter mutetur, satis declaratum est a n. 30. 42. 62. Hic adde sequ.

§. 1. Si persona baptizantis aut baptizandi nullo modo significetur, certum est non valere Baptismus; nam Alexand. VIII. damnavit hanc 27. propol. Vult aliquando Baptismus sub hac forma collatus, in nomine Patris, &c. praetermissis illis, ego te baptizo.

§. 2. Nugae Bonac. Dian. p. 2. tr. 15. R. 46. dicunt Sacerdotes tantum venialiter peccare, si formam praeterant in lingua patris, & recte monet Gob. tr. 8. n. 88. consilium esse, ut Parochi doceant oblietris formulam baptizandi in lingua patris, quamvis enim possint latine retinere, tamen facilius in latina turbabuntur, & errore committentur. Adit Gob. n. 169. Parochos mortaliter peccare, si non examinent oblietris, an recte baptizent; oblietris autem sub mortali tenent addicere modum baptizandi, oblietris S. Anton. Hering. Regim. alique multi cum Averf. p. 7. l. 2. §. Tenui. Nec obstat, quod forte alii sit adfuturi, qui formam sciant, ideoque oblietris videatur exulare Sauc. cuius sententiam probabilem esse dicunt Dian. & Dicalt. d. n. 18. nam ipse ex officio tenetur adesse puerperis, non item alii, & saepe occurrit occasio, quia infans naecens de vita perlitetur.

De forma Graecorum, baptizatur (non, baptizetur) servus vel servus Christi in nomine, &c. optime dicitur Arcadius l. 1. c. 8. & ostendit utramque esse bonam; quamvis dicerent, baptizatur.

DUBIUM III.

De Ministro Baptismi.

ARTICULUS I.

Quis sit Minister Baptismi?

Resp. Valide ministrat omnis homo ratione utens, cuiuscumque fidei vel infidelitatis status, aut sexus licite, tanquam Minister ordinarius & ex officio, Sacerdos habens jurisdictionem, aut commissiohem, vel ex officio commissione, Diaconus: In casu tamen extreme necessitatis, omnis, qui potest valide, etiam facit licite, teneturque, ut proximo succurrat, Laym.

I. Non tantum Diaconus, sed nec Parochus, aut Episcopus, abique commissione extra fidei Dicesim, vel Parochiam, (vel intra eam alienos) licite baptizat: ideoque etiam peccant parentes, qui sine licentia sui Praelati alieno deserunt prolem baptizandam, cum violent jus Parochi, Laym. l. c. II. Diaconus non tantum in extrema necessitate, sed etiam in alia notabili, baptizare potest. Et quidem cum solemnitate, ex commissione Episcopi vel Parochi: ut si v. g. ob multitudinem baptizandorum, aliunde grave impedimentum, id ipsi facere non possint. Laym. l. c.

III. Cum in necessitate confertur Baptismus, servandus est ordo; ita ut si adit, & non detrederet Sacerdos vel Diaconus, is reliquos precedat: Sic etiam Clericus laicum, vir mulierem, haedus infidelium, nisi forte inferior melius noverit modum, ut solent oblietris; (quae prout examinantur, & approbati debent a Pastoribus) vel alia iusta causa sit, ut quia virum ad parientem ingredi non decet. Quod si laicus baptizet praesente Sacerdote, & secundum quodam, etiam praesente Diacono, censetur esse mortale, quia laico tantum competit ob defectum Sacerdotis, qui sine iniuria Ordinis & Sacramenti, talem licentiam dare non potest. In reliquis, perverio illius ordinis est tantum veniale, praeterquam si eorum fidelis haereticus adhiberetur, quod volunt esse mortale. Laym. n. 24. Kon.

ADDENDA.

U. 47. Quid circa Ministrum sit praeterea notandum? R. seqq.

§. 1. Minister ordinarius est solus homo viator, secundum dicta n. 50. Si tamen quis sciret esse baptizatus a bono Angelo vel Sancto aliquo, putant Angel. Sor. Gob. tr. 2. n. 158. non fore rebaptizandum, quia praesudendum esset, tale Sacramentum esse iusta Dei collatum, & ideo habendum pro rato, uti etiam notant S. Th. Lugo alique eodem. Gob. l. 1. n. 60.

§. 2. Non requiritur certe, utas ad Ministrum Baptismi, uti habet communis contra Abb. qui putavit baptizantem debere esse 18. annis adtorem baptizato, ut sicut est pater eius spiritualis, ita poterit esse carnalis, sed ratio illa nulla est, nam Parochus triginta annorum omnino licite baptizat Judaeum tantum annorum, Gob. tr. 2. n. 151.

§. 3. Quamvis baptizare non sit actus jurisdictionis circa baptizandum, cum baptizandus necdum sit subiectus Ecclesiae, tamen est actus habentis jurisdictionem circa fideles quibus aggregandus est baptizandus, aggregatur enim illi Ecclesiae in qua baptizatur, hinc soli Parocho, per se, competit baptizare in sua Parochia, Dicalt. d. 2. n. 10. Unde quavis Paulus III. singularis de Societate JESU facultatem concedat ministrandi Penitentiam, Eucharistiam, aliaque Ecclesiastica Sacramenta, sine alicujus praesidio, non est tamen illis data facultas baptizandi, ne quidem in terris infidelium, ubi fundare sunt Ecclesiae, hoc enim foret in praedictum Episcoporum & Parochorum ibi existentium, Caltr. l. 19. p. 9. Si tamen proprii Parochi frequenter diffimulent, tunc censetur tacite consentire; imo Hunt. & Gob. n. 132. putant sufficere rathabitionem de futuro prudenter praesumptam.

§. 4. Peregrini possunt sibi eligere locum Baptismi, ubi volunt, Barb. Gob. n. 123. Quod si mulier pariat in pago alieno, duabus aut tribus horis a domo sua distito, si vult, potest prolem baptizandam mittere ad Ecclesiam suam, potest tamen etiam ad alienam, ubi est, Gob. supra. In hoc tamen alieno pago proles non debet a proprio, sed ab hujus parochi baptizari, Gob. n. 135.

§. 5. Absente Parocho potest quisvis Sacerdos in necessitate, quamvis non extrema, fungi officio; etiam solemnitur, Valf. Gob. n. 136. Ut autem Diacono committi possit Baptismus, etiam solemnis, non requiritur nisi rationalis causa, v. g. si Parochus non possit ob infirmitatem vel ob aliud iustum impedimentum, & ablit alio Sacerdos, Sauc. Laym. Com. Dicalt. Gob. n. 137. Parochus vero Diaconus, & necdum Sacerdos potest iure ordinario etiam solemnitur baptizare, Gob. n. 139.

§. 6. Parenti prohibetur esse baptizare propriam prolem legitimam, unde hinc extra summam necessitatem praetereunda est in baptizando mulier, Gob. l. 2. n. 142. & l. 17. n. 413. Quod si laicus extra necessitatem baptizet, etiam non solemnitur, videtur esse mortale, uti habet Sauc. d. 7. l. 4. alique cum Dicalt. d. n. 20. & Averf. q. 67. l. 2. §. Quarto contra Sor. & alios, quia in re gravi agit contra prohibitionem Ecclesiae, imo si non adfit, nisi Sacerdos censuratus, Sayr. l. 2. c. 2. n. 16. dicit hunc praetereundum esse laico, quia necessitas dat omnibus habitatem: sed oppositum probabiliter dicunt Sauc. Bon. & alii, quia cum hic non detur tanta necessitas, prohibitio non cessat obligare censuratum, ut ablineat. Denique si infans necdum totaliter egressus ex utero sit baptizandus, mulier praeterea esse cuiuscumque viro, etiam proprio Parocho, si enim exigit honestas, Teol. a P. Zach. locupl. Tom. II.

Platel. p. 5. n. 143. Et de Baptismo talis infantis plura dicentur a n. 202. Graeci aliqui putant solum Sacerdotem esse Ministrum Baptismi, quod ablene permittunt infantem sine Baptismo emori, sed hunc errorem recte confutat Arcud. l. 1. c. 1. ex ipis Authoribus Graecis, iterumque c. 12. dub. 1.

§. 48. An licitum sit deferre vel vitare infantem, ut baptizetur a Praedicante haeretico? R. N. per se loquendo, quia peccat Minister indignus, si Sacramentum ministrat, & peccat laicus, si baptizet, uti conitat ex haftenus dictis, ergo qui mittendo vel deferendo infantem causa est, cur Praedicans, qui indignus & laicus est, baptizet, saltem ideo peccat, quia ejus peccato cooperatur, peccatque Sacramentum ab eo, qui, hic & nunc non potest, nisi indigne, ministrare.

Quaestio postrema est, an aliquando possit esse iusta causa, vel circumstantia excusans petitionem ejusmodi Baptismi a Praedicante conferendi, v. g. si sub gravissima poena alicubi prohibito sit catholicis parentibus, ne proles suas alio ferat baptizandas, quid facere possint vel debeant? Circa hunc casum, §. 1. Sudent omnes, si mater advertat fe vicinam parui, ut 279 proficatur ad locum catholicum, ibique natam prolem catholice baptizari faciat, & postea domum revera, si possit sine incommodo, faciat prolem a praedicante infcribri libro baptizatorum, per hoc enim nullam in eo spiritualium potestatem agnoscit, sed tantum adhibet cautelam pro habenda suo tempore attestacionem suscepi Baptismi.

§. 2. Si v. g. mater sit catholica, & pater catholicus, qui vel licet infantem quocumque tandem loco natum post aliquod tempus baptizari a suo Praedicante, Less. in aut. v. Baptismus, cas. 2. dicit matrem posse facere, ut infans antea privatim baptizetur catholice, etiam a muliere, si filius desit, quia mater habet jus ad talem Baptismus prolis fur, maxime si esset dum expectandus Baptismus Praedicans, cum periculo, ne moretur infans: Putant tamen Verjys l. 6. art. 6. patrem poitea esse admonendum de Baptismo jam collato, ne secunda vice baptizari faciat. Quod si esset iusta ratio id recitendi, possit permitti secundum Baptismus. Quod si etiam parentes catholici non possent sine gravissimo incommodo talem praevium Baptismus manifestare, Ardeh. in resol. de haeretis q. 30. dicit posse filere, ostendendum tamen, quod sibi non placeat, si a Praedicante baptizetur. Si autem certo praevideret hoc futurum, Lugo de fide d. 14. l. 5. n. 164. dicit melius esse, ut infans prius non baptizetur a catholico, quia videtur esse minus malum, quod infans baptizetur ab haeretico, quam quod rebaptizetur.

§. 3. Si supponamus casum, quod catholici parentes sint graevissime puniendi, nisi infantem positive faciant vel petant baptizari a Praedicante, Less. cas. 1. Veri. supra, Pignat. T. 7. conf. 55. nu. 2. dicunt id petere aut facere non posse: Rationem dant 1. quia cum baptizatio sit actus religionis, petere baptismationem a Praedicante tanquam Ministro publico, est tacite profiteri illum esse verum Ministrum talis caeremoniae, & Sacramenti ordinarie conferendi, hoc autem profiteri nullo casu licitum est, etiam mors esset subeunda, inquit Verj. 2. Quia Pignat. Conf. 41. refert declaratum esse a Clem. VIII. non licere extra necessitatem exterram, nequidem a schismaticis, recipere Sacramenta, quia non est licitum cum illis communicare in sacris ritibus, ergo multo minus ab haereticis.

Haec sententia est quidem absolute teneuda tanquam vera, & 282 quia tamen certum est in multis locis, ubi sunt talia poenalia edicta, parentes catholici facere deseri proles suas ad Praedicates, uti habeo ex litteris, & relatione Missionariorum, sitque daturum omnes ejusmodi catholicos damnare, vel esse negare Sacramenta, si id cavere nolint, forte dici possit ad primam rationem, quod petere baptismationem in illis circumstantiis sit tantum profiteri, quod Praedicans sit validus Minister Baptismi, qualis revera est, & ideo non illum requirit, qui cogitur, & aliter evitare non potest, injunctam vexam. Quod Conf. nam nullus catholicus aut etiam catholicus in circumstantiis talis poenae injunctae judicabit talem parentem velle per hoc cognoscere in Praedicante potestatem spirituale, quia circumstantiae coactionis simul loquuntur, & dicunt tantum requiri, tanquam valide potenter baptizare. Ad secundam, consequenter dicendum esset, non peti ab eo caeremonias, sed tantum permitti, adeoque in eis non communicari; peti autem solum baptismum pro tali necessitate, uti peti possit in necessitate extrema infantis, si nullus nisi Praedicans eum baptizare possit quamvis praevideretur adjecturus caeremonias suas. Et in utroque casu maneret obligatio petendi a Sacerdote catholico suppleri caeremonias Ecclesiae, uti fatetur Pign. Conf. 55. n. 8.

Dices, Ergo etiam potero ob metum mortis cum Calvinistis habentibus suam coenam stare, & ore admittere panem a Praedicante. R. n. seq. tum quia certum mihi est, Praedicante non esse, nequidem validum Ministrum coenae Domini, tum etiam, quia omnes suvender judicare, nec directe communicare in illa caeremonia cum illis: nec me juvaret contraria intentio, uti non juvat illud, qui ante idolum thus injiceret igni, intendens se illo odore pascare.

Hae dicta pro excusacione ejusmodi parentum catholicorum relinquendo desinienda sapientiorum aliorum judicio.

ARTICULUS II.

An duo possint simul unum baptizare?

Resp. I. Si alter applicet materiam, alter formam, nullus est Baptismus, quia dicens se abluere, cum non abluat, formam habet falsam, etiam usuper Graecorum, baptizetur servus Christi, vel quae putatur illi aequivalere, baptizetur te Christus, subintelligitur enim, per me, & aliquo Dd 2

112 excludatur persona Ministri, ut sensus sit, Baptizet Christus, & non ego, five non per me, forma nulla est. (1) In casu tamen necessitatis, posse sub conditione ita Baptizatum conferri, ut v. g. mutus formam nesciens ablueret, cæcus autem formam pronuntians, docet *Hurt. art. 2. diff. 6.* Addeque debere talem elapso periculo, iterum sub conditione baptizari. V. *Eccl. Fill. t. 2. c. 4. Diana p. 5. r. 3. R. 26. ex Chapevill. Marfil. &c. Bonac. tom. 1. de Bapt. d. 2. q. 2. p. 4. n. 22. Laym. l. 5. t. 2. c. 7.*

Resp. II. Si plures Ministri singuli abluant, & formam pronuntiant, graviter peccant contra ritum Ecclesie: De valore sic solet distingui, 1. Si quilibet intendit baptizare dependenter ab alio, ut causa particularis, invalide baptizant, five singuli dicant, Ego te baptizo; five, Nos te baptizamus, quia forma, cujus sensus censetur esse absolute, & independenter baptizare, non cobaptizari, est falsa. 2. Si quisque per se intendat baptizare independenter ab alio, valide baptizat, quia omnia requisita ponit, ut patet a simili in Missa ordinationis, qua Sacerdotes noviter ordinati simul consecrant cum Episcopo, dummodo simul eodem instanti formam abluant: si autem non simul abluant, si tantum consecrant, vel baptizant, qui prius abluerint. V. *Fill. n. 72. Bon. n. 25. Laym. c. 7.* Plura circa materiam hujus Art. videri possunt apud Averl. q. 67. f. 1.

Quamobrem rationabiliter Patribus Concilii Mechliniensis an. 1607. insertum est in Asium visum est Baptizatum collatum ab Hæreticis Hollandie, sinitimarumque regionum, apud quos mos invaluerat, ut aquam viventem, alter Sacramenti formam pronuntiares, ac propterea iusta illud iterandum decerneret. Confer Bened. XIV. de Syn. Diocel. lib. 7. cap. 7. num. 8.

DUBIUM IV. Quid sit Subjectum Baptismi?

234. Resp. I. Subjectum capax Baptismi, est solus homo vivus, ab Adam descendens nondum baptizatus.

Resp. II. Valide baptizantur infantes, item perpetuo amentes, qui nunquam sui sunt ratione, quia censentur ejusdem conditionis cum infantibus. Si autem aliquando sint sui ratione, non valet Baptismus, nisi ante amantiam periverint. V. *Bon. d. 2. q. 2. p. 6. Laym. l. 5. t. 2. c. 6. Unde resolutio.*

I. Si puer inter baptizandum, nondum finita forma moriatur, Baptismus est nullus.

II. Non valet Baptismus iteratus, ideoque, uterque, tum rebaptizans, tum rebaptizatus, peccant mortaliter, sicutque irregulares, & in iure civili subiacent poenæ mortis. Quas tamen poenas non videtur incurrere is, qui est sine ulla causa rebaptizatus sub conditione, quia intelligitur de Baptismo absolute dato, quando moraliter constat priorem Baptizatum fuisse validum. V. *Laym. c. 5. Bon. p. 5.*

III. Nondum perfecte natus est baptizandus, si sit periculum, dummodo pars aliqua possit abluī, quia est homo vivus, nec certo constat esse incapacem.

IV. Si debium sit, an infans vivat, baptizandus est sub conditione.

V. Valide baptizatur, quem Minister putat esse alium; aut licet sit puella, quam putat esse puerum, quia intendit baptizare presentem. Aliud est in Matrimonio, quia intendit contrahere cum illa quam putat. *Bon. p. 4. n. 26.*

VI. Valide, est extra necessitatem illicite plures simul baptizantur, hac forma. *Ego vos baptizo, &c. Bon. p. 4.*

VII. Monitrum, quod capite, & pectore formam hominis refert, est baptizandum, secus si belliam refert. Quod si vero caput tantum sit ferium, putat esse baptizandum *Comitolus.*

Nar. tamen & alii volunt differendum, donec certius cognoscatur, nisi periculum mortis immineret, tum sub conditione baptizandum esse. Quod si habeat membra hominis geminata, & dubitetur, num sit unus homo, an duo, duplex Baptismus conferendus est, unus absolute, alter sub conditione, in ea parte, qua membra apparent imperfectiora, V. *Laym. n. 12. Bonac. t. 1. de Baptiz. disp. 1. p. 6. Rituale Romanum tit. de Baptismo.*

Resp. III. Extra mortis periculum valide, non tamen licite baptizatur ethnicorum infans, invidis parentibus. Ratio, quia vel auferuntur parentibus, & sit illis iniuria, vel relinquuntur, & sit iniuria Sacramento, quod exponitur, vel relinquitur. Quod si tamen possint christiane educari (ad quod tunc obligaverit), licet in his casibus; 1. Si parentes sint tua mancipia; 2. Non enim tui potius sunt quam illorum. 2. Si parentes aliquando fuerint baptizati, vel uterque, vel saltem aliteruterque, quia tunc Ecclesia jus in eos habet. 3. Si alter parentum petat; tunc enim iusta ejus voluntas iniuria alterius preterferenda est, in favorem prolis, & fidei. 4. Si infans sit in periculo mortis. 5. Si rationis jam compos puer petat; quia in negotio religionis, est sui juris. In dubio autem de usu rationis, sufficit esse 7. annorum V. *Laym. l. c. Fill. t. 2. c. 6. Bon. n. 12.*

Quæres. An Baptismus aliquando repeti possit, & qua forma?

Resp. I. Cum temere rebaptizari sit mortale ex objecto, quia est in genere Sacriligii, dum conaris ministrare Sacramentum incapax, hinc ad hoc, ut non liceat rebaptizare, non requiritur certitudo de Baptismo, sed sufficit, si pro eo sine conjectura; ut v. g. quod quis natus & educatus sit inter fideles, nec pro contraria parte rationes alicuius momenti occurrant; leve enim, vel metaphysicum dubium non sufficit, sed requiritur grave & morale, vel saltem rationabile; in quo inclinatur dum esse in favorem baptizandi, recte monet *Laym. c. 5. n. 7. & ex Suar. & aliis, Unde resolutio*

I. Sub conditione baptizandi sunt. 1. Qui cum materia & forma, aut intentione dubia (secundum supra dicta) sunt baptizati. 2. Infantes expositi, & reperi sine scheda relante de Baptismo; secus si cum ea. Ita *Comm. Quint. tamen t. 1. f. 14. & 16. contendent etiam hos esse rebaptizandos. 3. Baptizati ab obstetricibus veneficis; præsertim si falsæ vel conviciæ fuerint, aliquando non recte baptizasse. Laym. n. 3.*

II. Infantes ab obstetricibus, vel parentibus, vel cognatis, &c. ob necessitatem baptizatos pronuncie omnes sub conditione; rebaptizari, (quando obstetricibus bonæ, & bene instructæ censentur) non licet, quia de valore Baptismi prudenter & rationabiliter dubitari non potest. *Suar. Laym. c. 5. Qui tamen contrariam consuetudinem quorundam Parochorum damnare non audeat, eo quod ipsi experientia didicerint, obstetrices non raro fuisse deceptas a diabolo, ideoque revera periculum aliquod sit animæ, ob quod irreverentia cesset; additque etiam consuetudinem approbatam fuisse a Pastoralibus Romano edito Antuerpiæ 1687. eamque sententiam tenet Sylv. apud Dian. p. 5. t. 13. R. 36. ipse Dian. p. 9. t. 6. R. 35. cum alii d. censent eam probabiliter, habereque locum in omnibus baptizatis ab hæreticis, licet sint adulti, quod C. de Longo *R. mor. l. 1. d. 2. recte limitat ad illas circumstantias in quibus præsertim dubitari possit de defectu materiae, formæ, vel intentionis. Denique etiam Quint. t. 1. f. 6. docet, infantes supra dictos fere omnes rebaptizari posse sub conditione.**

III. Peccat graviter Minister, qui non rebaptizat eum, de quo rationabile dubium juris vel facti manet, non valide sit baptizatus, quia tenetur proximum liberare probabilis periculo gravi mali, cum facile potest, *Laym. l. c. Quint. l. c. 2. si non diligenter inquirat in talis baptismi valore, nisi de hoc aliunde constet. Quintanadv. f. 6. & 7.*

IV. Non est rebaptizandus, de cujus Baptismo habetur testimonium unius oculati testis, licet femine; dummodo non suspectæ, nec aliud oblet. *Laym. l. c.*

V. Qui vere & rationabiliter dubitat de suo Baptismo, tenetur petere Baptizatum, & Parochus ei conferre. *Quint. f. 13. & 19. & interea abstinere ab usu aliorum Sacramentorum.*

Resp. II. Baptismus sub conditione, hac forma conferendus est: *Si baptizatus, es, non te baptizo: Si nondum es baptizatus, ego te baptizo, in nomine (2) &c. Ac licet sufficit, sola mente conditionem apponere (3) si est ommissione non timeatur scandalum, tutius tamen est exprimere verba saltem illa: *si non es baptizatus, &c. V. Tol. l. 2. c. 10. Laym. l. c. Suar. d. 21. Fill. t. 2. c. 4. q. 9. Patrus autem in hoc Baptismo necessarius non est, nec adhibendus. Quint. f. 18.**

(2) Hanc formulam servandam edixit Alexander III. in cap. Baptismo, ejusdemque sanctionem confirmavit Joannes XXII. apud Odoricum Rainaldum ad an. 1333. n. 42. Non tamen prius eam invenit Alexander, quem eadem legere sit in status. *5. Bonifacii Archiepiscopi Maguntini a. circiter 745. conditis.*

(3) *Benedictum XIV. de Syn. Diocel. lib. 7. c. 6. n. 1.*

(4) *Nompe ab initio Ecclesie ad adiectionem seculum conditio mentis, solummodo concipiebatur, ut invidis argumentis contra Nativalem Alexandrum probat idem Benedictus XIV. ibid.*

ADDENDA.

Quæres. Quid notandum sit circa obligationem suscipiendi Baptismi? Resp. seqq.

§. 1. Est gravis obligatio, per se loquendo, statim suscipiendi Baptismus, ideoque mortaliter peccat adultus, si absque iusta causa diu differat; uti recte probat *Mendo disp. 9. n. 12. Averfa p. 68. f. 4. Dicalit. d. n. 237. Similiter mortaliter peccant parentes fideles, qui v. g. ultra mensem, sine sufficienti causa differunt baptismum sui infantis, quamvis non sit periculum mortis, quia universalis consuetudo, & decreta plurimarum Synodorum, præscribita, ut non differatur ultra triduum, v. g. vel quadratum obtinerentur, aut sufficienter explicarentur vix legis pro tota Ecclesia, *Caltr. r. 19. p. 8. n. 4. Platel. p. 5. n. 194. Attramen Sot. apud Laym. l. 5. t. 2. c. 6. n. 8. extendit ad octavum, decimum aut etiam duodecimum diem, prout moris est. Imo docet Laym. n. 9. si solemnis Baptismus cum causa differat, v. gr. apud Principes, quia expectari debet Patris, differi posse ad sequentem.**

§. 2. Quæri solet, an sit tanta obligatio Baptismi suscipiendi, ut homo adultus possit se obicere periculo mortis pro eo suscipiendo, & dicendum est posse, si poena non esset spes obtinendi Baptismi, quia securus est et utilior, etiam pro remissione poenæ. Non tenetur tamen se obicere, quia potest se aliter salvare, nempe per amorem Dei vel contritionem. *Suar. & Gob. t. 2. n. 12. potestque videri Averfa §. Quarto. Addunt Ochag. & Caram. apud Gob. n. 262. non tantum licitum, sed etiam præceptum esse, ut qui alter nequit baptizari, & advertit se non posse conferri, petat se in mare projici ut baptizetur, quia tenetur vitam animæ antefere vitæ corporis, & vult immergi oprando baptizari, quod autem emergere non possit, præter ipsius intentionem est. Verum sententiam illam alii non admittunt, quia videtur esse directa sui occisio, quo nunquam est licita. V. dicta n. 335.*

§. 3. Quæres. Qualis consensus seu voluntas requiratur in adulto? Resp. 287

§. 1. Constat ex dictis n. 163. & iterum n. 166. in adulto habentem usum rationis requiri intentionem saltem habitualement, adeoque non sufficere carere contraria intentione, ut multis evincit *Mendo disp. 9. n. 8. Et consequenter, si quis dormiens baptizetur, cum antea nunquam voluerit, Baptismus est invalidus; si tamen antea baptizari voluisset, foret validus, secundum dicta n. 166. nisi forte voluisset in vigilia tantum baptizari, Gob. t. 2. n. 296. Notatque Meratius d. 6. f. 4. intentionem adulti, per se loquendo, debere esse liberam libertate tali, qualis ad mortale requiritur.*

§. 2. Probabile est sufficere habitualement implicitam, secundum dicta num. 168. Unde probabile est contra *Suar.* sufficere intentionem, quia quis generatim desiderat sibi adhiberi media ad saltem necessarium, quia Christus potuit se insilire Baptizatum, & concedit *Suar.* esse institutum esse extremam Unionem, Baptismus autem est maxime necessarius ad salutem, *Con. Gob. num. 298.*

§. 3. Si quis haberet voluntatem interpretativam tantum, *Valent. & Ledesim.* putant sufficere: *Suar. & Valf.* probabilis dicunt non sufficere. *Tamm. dubitat, hinc Gob. num. 299. dicit Baptizatum sic collatum debet repeti sub conditione.*

§. 4. Si quis compos rationis voluerit baptizari, sed nunc impossibile noit, valide baptizatur, secundum dicta num. 176. Si autem dubitetur, an nunc, quando non vult, sit rationis compos, & sit periculum in mora, baptizari debet sub conditione; si non audit periculum, differendus est Baptismus, donec plene si relicturatur, *Laym. Tamb. Schild. t. 6. cap. 2. Gob. num. 302. Quid vero faciendum sit, si dubitetur, an puer abique consensu parentum petens Baptizatum, habeat plenum usum rationis, dicitur num. 306.*

§. 5. *Lopez p. 1. cap. 12. negat hominem a nativitate surdum & mutum, ratione utentem, esse baptizandum: Idem negant Ochag. Dian. p. 9. t. 6. R. 6. Hierichs de Sacram. d. 3. num. 94. Bolo. d. 1. sect. 8. num. 18. de surdo, caeco, muto, quia tales non videntur posse habere fidem, spem, attentionem, & voluntatem Baptismi. Et contra *Coton. Con. quæst. 68. num. 94. Gob. in Exp. t. 2. num. 211. Burgh. cent. 2. cap. 10. d. 10. dicit surdum, caecum & mutum esse habendum tanquam perpetuo amentem, eo quod non videtur posse habere notitiam ad peccatum requisitam, ideoque baptizari posse. Si autem tantum sit surdus & mutus, poterit per signa esse capax dispositionis, & instructio necessaria.**

§. 6. *Quæres. Quid addendum sit circa Baptizatum infantis adhuc in utero matris clausi? Resp. seqq.*

§. 1. Quamvis aqua per artem, & instrumenta peringeret ad corpus infantis, tamen tale Baptizatum fore invalidum, docent multi apud *Averfam quæst. 68. sect. 1. §. Quod sit, & apud Burgh. cent. 2. cap. 7. quibus confert Mendo d. 9. num. 25. Et contra fore validum dicunt alii communiter cum *Ledesim. Victor. Suar. Con. Averf. Dicalit. d. 2. num. 62. & recte probat Pignat. tom. 1. consulti. 103. quia talis infans est homo, cui debet applicari potest materia, & forma; ergo. Nec obstat, quod *Cap. Qui in matris, De consecr. dicitur: Qui natus adhuc secundum Adam non est, renasci secundum Christum non potest;* nam tantum dicitur baptizari non posse cum matre, id est, mediante carne matris, de cætero sicuti infans ille erit mortuus spiritualiter per peccatum originale, ita renasci potest spiritualiter per gratiam, quamvis non sit natus corporaliter, uti recte *Mendo disp. 9. num. 28. sic enim factum est S. Joanni Baptista, & feret infanti propter fidem in utero matris occiso, uti dicitur num. 306. dicitur. 237. Exigit tamen honestas, ut mulier, si intrusi possit, conferat Baptizatum infanti in utero, secundum dicta num. 348. Et si infans postea nascatur, esse rebaptizandum sub conditione, tenent auctores communiter, quia censent sententiam, qua negat valorem talis Baptismi, esse probabiliter: *Kaynaudus autem tom. 14. in tract. de ortu infantium per sectionem, cap. 6. num. 14. docet aquam non posse ita adduci ad infantem, ut baptizetur, eo quod nimis multis involvitur & secundum sit inclusus, sed alii multo contradicunt, & saltem secundum conditionem continuantur cum umbilico infantis.****

§. 2. Praxim adducendi aquam ad talem infantem describunt *Schild. l. 6. num. 3. & Gob. t. 2. num. 57. An autem mater tequeat permittere se secum, ut infans baptizetur, late tradunt *Boudev. p. 2. quæst. 20. & Gob. a num. 25. & omnium opinio Rayn. cap. 5. est iudicio & experientia Medicorum probat sectionem sine periculo fieri posse, ideoque ad eam teneri. Præterea quid faciendum sit, si mater gravida moriatur, videri potest apud *Boudev. Gob. Rayn. supra; sufficit hoc monere, quod os mortuæ debeat manere apertum, ut non suffocetur infans, si adhuc vivat, postique excidendi. Denique an muliere gravida poena capitis damnata, si lethaliiter ægrotet, possit, antequam moriatur, violente vulnere proles extrahi, ut baptizetur, docet examinat idem Rayn. & *Mendo disp. 4. quæst. 5. & affirmativam parrem tenent Suar. Con. Dian. Averfa §. Eo magis, Dicalit. supra.****

§. 3. *Quæres. Quid circa abortus, prodigiosos infantes, & monstra sit notandum? Resp. seqq.*

§. 1. Auctores gravissimi cum *Card. in 1. crisi d. 14. cap. 3. recte dicunt omnes fetus abortivos mulierum etiam imperfectissime figuratos esse baptizandos, si dent aliquod signum vite per motum, quia putant aliqui Medici, quod fetus humani post paucos, v. gr. tres aut quatuor dies a conceptione, statim amentur anima rationali.*

§. 2. Si infans prodigiote nascatur, ut factum esse in Belgio anno 1330. authenticè testatur *Loth. in resol. Theol. t. 15. art. 1. narrans virum, qui redibat uxorem in partu epulatum, ex impregnatione uxoris & ultione divina per novem menses, insensibile dolore maximum, & tumorem in femore dextro, ex quo excidit fit infans; talis infans non contraxisset quidem peccatum originale, ut habet communis cum S. Thom. apud *Dicalit. d. 2. num. 114. quia non descendisset ab Adam per ordinariam & seminale generationem; & consequenter fit ille factus adultus generaliter filius, neque hi contraxissent ob rationem jam datam, et manifestum in puris naturalibus sine peccato, & sine gratia supernaturali, unde si unus eorum licet cum sine Baptismo fuisset mortuus, probabile est post resurrectionem universalem gavilurum fuisse beatitudine naturali in hac terra: Nihilominus hi omnes debuissent baptizari, tum ut insignirentur characterè baptismali, & adhiberentur Ecclesie Christi tunc**

etiam, ut consequerentur gratiam sanctificantem, qua carebant, simulque acciperent habitus supernaturalium virtutum.

§. 3. Si monitrum sit procreatum ex homine masculo & bruto, ut scintilla, baptizari debet sub conditione, quia probabiliter est homo, dubium enim est, an semen femine ad fetum active concurrat, *Possev.* aliqui communiter contra *Herrig.* Si autem monitrum sit procreatum ex muliere & bruto masculo, uti testatur *Befolus* in Theatro practico v. Schwangerung. pag. 884. mulierem aliquando fuisse, quo ter concepterit & limio, tale monitrum baptizari non debet, ut recte *Dicalit. num. 119. quia certum videtur, quod non sit homo, cum ad generationem hominis omnes requirantur semen viri. In dubio autem, an sit ex bruto masculo, baptizari debet sub conditione, si homo est, Bon. Schild. Gob. in Exp. t. 2. num. 278. Addunt Laym. & *Dicalit. n. 117. si ablit periculum mortis, temper melius esse, ut differatur Baptismus, donec certius cognoscatur, an homo sit, necne. Plura de monitris, item de natis ex darmono incubo vel succubo, videri possunt apud *Boudev. p. 2. quæst. 21. & 22. item apud Gob. supra casu 9.***

§. 4. *Quæres. Quid circa consensum parentum sit notandum? Resp. 197. seqq.*

§. 1. Baptismus est validus, qui conferatur proli non utenti ratione parentibus invidis, quia non baptizatur in fide vel voluntate parentum, sed tantum Ecclesie. S. Thom. 3. p. quæst. 68. art. 9. & omnes communiter cum *Dicalit. d. 3. num. 71. contra Durand. Sylv. Pons. & alios, quorum opinio communiter rejicitur tanquam improbabilis.*

§. 2. Illicite est baptizari prolem parentum infidelium, 298 si hi invidi sint, quamvis essent subditi Principis volentis baptizari. 1. Quia hoc est contra usum, & prohibitionem Ecclesie, nam *Julius III. reple Pignat. t. 4. consulti. 192. imposuit tali baptizanti poenam suspensionis & multam 1000. ducatorum. 2. Plerumque manet prærens periculum fidei deferendum. 3. Pater habet jus in filium, cum filius sit aliquid Patris, eique subjiciatur, ergo male est tali modo subtrahitur, S. Thom. 2. 2. quæst. 19. art. 12. alique plarum cum *Dicalit. n. 81. & Gob. t. 2. n. 317. contra Scot. Gabr. Eshim. & ex parte contra Arcudium lib. 1. cap. 12. dub. 2. qui nihil vult resolvere, sed dicit consulendum Sedem Apolicam. Dices 1. Puer debet eripi a morte temporali, etiam invito parente, ergo multo magis a morte æterna. 2. Debet prevalere voluntas Dei, qui præcipit Baptizatum. 3. Legitur 1. Machab. 2. v. 46. quod Mathathias, & amici eius circumcidit pueros incircumcisios, quoque invenerunt, utique etiam contra voluntatem parentum, quorum aras evertebant. 4. Principi licitum est impedire hoc peccatum subdito- rum. Resp. Ad 1. Disparitatem esse, quod pater non habeat jus circa vitam prolis, habeat autem jus ad gubernationem. Ad 2. Deus non præcipit statim in hac circumstantia baptizari, Ad 3. vel erant filii Judæorum subditi Legi, vel filii Gentilium subditi armis, & veluti servi, de quibus dicitur *Num. 306. Ad 4. Licitum est impedire peccatum subditorum, si obisset paci & recte gubernationi, c. secus, n. nam potestate civili adigi non possunt ad servandum jus etiam nature, nisi observatio ad pacem publicam faciat.***

§. 3. Non requiritur consensus utriusque parentis, sed sufficit alterutrius, quia cum consensus permittitur sit in favorem religionis, & ad salutem prolis, alter autem parens irrationabiliter neget, merito prevalere consensus prioris, *Suar. Laym. lib. 5. t. 2. cap. 6. num. 10. Averf. quæst. 68. sect. 3. §. At vero, Gob. num. 320. Dicalit. num. 85. Goram. d. 2. num. 62. Verj. art. 12.*

§. 4. Si parentes infideles sint stricte servi hominis christiani, potest illorum proles auctoritate domini baptizari parentibus invidis, quia jus in prolem spectat ad dominum, qui etiam sine iniuria potest abstrahere a parentibus & liberare a subjectione actuali, *Suar. Laym. Averf. Con. Laym. Verj. supra, Dian. par. 2. t. 15. Ref. 45. Dicalit. num. 95. Gob. num. 318. contra Cypri.*

§. 5. Si proles in captivitate natus abducatur, ut baptizari possit, sufficit alterutrum parentem fuisse in Ecclesia, quamvis nunc uterque sit infidelis, quia cum Ecclesia habeat jus in prolem Laym. *Dicalit. num. 86. c. 107. Pignat. 28. cons. 71. Si autem neuter parentum fuit in Ecclesia, proles iure belli captiva, per se loquendo, baptizari potest, quia jam est serva christiana, Averfa §. Quinto.*

§. 6. Si parentes infideles sint mortui, potest princeps christianus illorum proles (ibi tantum politice subiectas non stricte servas curare baptizari invidis tutoribus, quia potest derogari juri tutorem, quod per leges civis indutatum est, *Dicalit. num. 90. Gob. num. 321. contra Scot. Palud. Valf.*

§. 7. Infantes illorum, qui invalide baptizati sunt (uti, si apud Anabaptistas vel Calvinistas mortis sit, ut unus effundat aquam, alter proferat verba) habent se sicuti infantes infidelium, tales enim parentes non sunt baptizati, sed re ipsa infideles, *Dicalit. num. 107. & contra infantes hæreticorum vere baptizatorum licite baptizantur invidis parentibus, si ita velint legitimi Superiores Ecclesiastici, quia cum hæretici sint subditi Ecclesie, ab hac sine iniuria compelluntur ferre pueros ad Baptizatum catholicum, si autem reculant, si autem abstrahantur pueri, & baptizantur, Laym. num. 11. *Dicalit. num. 72. Verj. art. 15. Averf. §. Primo. Nec refert, quod videtur fieri contra jus, prolem relinquuntur his, dummodo fiat in vera fide & Ecclesia, cum parentes subditi, quod si detraherent, habet Ecclesia jus abstrahendi proles, nec pervertantur. In locis tamen, ubi acatholica religio permittit est, non solet Ecclesia iure uti.**

§. 8. Potest etiam invidis parentibus, baptizari infans, si iustitiam, vel etiam iniuste, sit extractus extra potestatem patriam, tum enim parentes amiserunt jus proximum, seu actualium usum juris

juris sui naturalis, & in jus succedunt illi, quibus nunc sub-
 jecti sunt baptizati, Laym. num. 10. Dicalf. num. 84.
 Veri. art. 12.
 §. 9. Puer quicumque morti proximus baptizari debet, etiam
 305 invidis parentibus, quia tum urget preceptum charitatis, &
 invidis parentibus, quia tum urget preceptum charitatis, &
 puer non subtrahitur dominio parentum per baptismum, sed
 per ipsum periculum mortis. Docet quidem Pignat. t. 5.
 Baptismus maxime illi necessarius. sic autem extracto licite confertur
 Consult. 14. num. 205. ex Concilio Mediol. sub S. Carolo Bor-
 romeo habito, puerum infidelis tunc tantum baptizari posse
 quando nulla est spes, quod possit supervivere, sed videtur sus-
 picere periculum proximum mortis, maxime secundum dicen-
 da num. 207.
 §. 10. Si puer petat Baptismus contra voluntatem paren-
 tum, & dubitet de pleno usu rationis in puero, si simul tum
 adit periculum mortis, aut puer sit egressus septennium, aut
 parentes postea esse impedituri Baptismus, nunc autem vi-
 deatur satis consultum illius constantia, possit statim baptiza-
 ri, quia in dubio de duobus preceptis oppositis servandum est
 majus, divinum autem preceptum de Baptismo est majus, quam
 de non agendo contra jus parentum; Sot. Suar. Valg. Laym.
 Dicalf. num. 78. Schild. t. 6. cap. 2. Gob. art. 516. Si autem
 abint ejusmodi circumstantiis, S. Anton. Henrig. Azor. & alii
 cum Dicalf. num. 77. probabiliter dicunt non esse licitum bap-
 tizare: quia parentes sunt in possessione patrie potestatis, maxi-
 me inquit Bonac. de Sacram. d. 2. quest. 2. p. 6. si puer nec-
 dum compleverit septennium, tum enim non potest prestari usus
 rationis. E contra Sot. Laym. alique cum Dian. p. 7. t. 11. Ref.
 40. dicunt licite posse baptizari, quia in dubio servandum est
 potius innocenti quam reo, puer autem est innocens, & parentes
 impie resistunt, neque universaleriter verum est, quod in dubio
 semper sit melius condicio possidentis, sed tantum, ubi est
 per causam, sive simile jus, ut probare conatur Lago in Resp.
 Moral. lib. 1. dub. 4. sine discussione hunc casum, hic autem non
 est par causa, nam parentes exponunt soli periculo amitte-
 re patrie potestatis, quod est quod leve, puer autem expo-
 nitur periculo eterne salutis, quod est gravissimum: atque ideo
 concludit Lago saltem puerum non debuisse reddi parentibus, sed
 alterari usque dum accedat plenus usus rationis, quod etiam
 fuaudat Suar. de Sacram. d. 25. sect. 3. Dicalf. supra & alii.
 §. 11. Si hereticus petat infantem suum baptizari a Sacerdo-
 307 to Catholico, an hoc licite baptizari? Resp. Negant Suar. Con.
 Dicalf. d. 2. num. 109. & alii, quia infans ille exponitur evi-
 denti periculo apostasie, non aliter ac infans infidelis, quem
 DD. passim dicunt non debere baptizari, si sit relictusdus pa-
 rentibus, quia nempe ob periculum perversionis fit irreverentia
 Sacramento & religioni. E contra Laym. lib. 5. t. 2. cap. 6. num.
 12. Avera quest. 68. sect. 3. §. Primo, Arid. in resol. de hereticis
 quest. 31. Gob. t. 2. num. 324. dicit licite fieri, & esse proximi
 in Germania. Ratio est. 1. Quia heresis apud multos est ma-
 teriam tantum. 2. Quia multi testantur, quod vix tertia pars in-
 fantium perveniat ad annos discretionis, si que periculum apo-
 stasie est incertum & remotum. 3. Quia multum confert ad
 conversionem ejusmodi perorum, si postea adiant se catholicos
 baptizatos esse. 4. Hoc etiam tali proli est aliunde utile, cum
 preter certam materiam & formam, adhibetur sacre cere-
 monie & preces Ecclesie. 5. Denique eadem irreverentia contin-
 git, etiam si infans baptizetur ab acatholico, nam, etiam ac-
 tholicus confert verum Baptismus a Christo pro vera Ecclesia
 institutum, ergo. Hæc sententia videtur satis probabilis, ut
 etiam notavit Dian. p. 3. t. 4. R. 7.
 §. 12. Si infidelis petat se vel infantem suum baptizari, an id
 licite fiat? Resp.
 §. 1. Infidelis adimplet volens infidelis manere, baptizari non
 308 debet, quia caret dispositione requisita, nempe fide & attritio-
 ne, & per hoc ferret gravis injuria Sacramento & religioni,
 gemma proiceretur ante porcum, ideoque communis omnium
 sententia est, neminem esse baptizandum, qui prius ad veram
 fidem non accesserit.
 §. 2. Sivo. Natu. & alii putantur infantes infidelium, si pa-
 309 rentes petant, v. gr. ut ita liberentur a morbo vel infestatione
 demonis, licite baptizari, quia illis conveniunt aliquæ rationes
 num. 207. allate pro infans hereticorum, sed communiter
 contradicunt illi cum Laym. Pignat. Dicalf. d. 2. num. 111. Ex-
 ceptis Gob. num. 325. nisi parentis infidelis esset mortem illaturus
 volenti baptizari, nam secundum dicta num. 144. possunt da-
 ri circumstantie excusantes Ministrum, qui etiam indigno Sa-
 cramentum confert.
 §. 3. Quid præterea dicendum sit in variis dubiis circa valo-
 rem suscipi Baptismi? Resp. Preter dicta a num. 123. adde seqq.
 §. 1. De illo, qui natus est de Christianis parentibus, & inter
 310 Christianos est fideliter conversus, tam violenter presumitur,
 quod fuerit baptizatus, ut hæc presumptio pro certitudine sit ha-
 benda, donec evidentiis forsitan argumentis contrarium proba-
 retur, inquit Innoc. III. Cap. Veniens, ult. de Presb. non bap-
 Si tamen alia occurrerent, quæ presumptionem contrariam fa-
 cerent, aut tollerent certitudinem moralem, (1) ut si infesta-
 retur a demone, nec sciretur causa alia, pereretur instanter
 repeti in se baptismum, rebaptizari deberet sub conditione, Gob.
 tom. 2. a num. 183. De puero Barbaris erepro, vide dicta num. 125.
 * (1) Ut in causa Taviniana Baptismus, in qua post multas in-
 *quisitiones nullum vestigium reperire fuit non solum suscipi a
 * quodam Laura Dolfini Baptismus, sed ne Matrimonium quidem as-
 *sumptum ipsius parentum, ritusque, quem servabant Religionis.
 * Quamobrem Sacra Congregatio 4. Martii 1737. hinc dubio, an
 * Laura Dolfini baptizari deberet sub conditione? Respondit T. 8.
 * Refol. p. 55. affirmative, & secreto, & sine prejudicio validita-
 *tis Matrimonii, quod ante plures annos contraxerat. Idem statu-
 *rat Sacra Congregatio in Ripana 12. Decemb. 1733. T. 6. p. 180.
 §. 2. Si certum sit natus e viginti non esse baptizatum, ne-
 311 sciatur autem quis ille sit, omnes debent sub conditione rebap-
 tizari, quia potest præteriter dubitari de singulis. Licet. Dicalf.
 Gob. num. 699.
 §. 3. Si baptizatus fuit perturbatus, ideoque dubitet, an ali-
 312 quid essentialiter omiserit, si unus adstantium, reliquis non con-
 tradicentibus, testetur hoc esse apostolus, de cujus omissione
 dubitatur, nihil debet repeti; si testes discordent, aut unus
 contra alios testetur esse omisium, aut nullus testetur, repeti de-
 bet, quia præteriter dubitatur de valore, & unus ille testans esse
 omisium signat dubium morale, Gob. num. 424. & 427.
 §. 4. Qui alias non est scrupulosus nec hypochondriacus, sed
 313 prudens, & tunc magnis scrupulis ac longa inquietudine agita-
 tur circa verum sui Baptismi, hoc ipso rebaptizari potest sub
 conditione, quia videtur gravis causa & dubium prudens, ob
 exempla non baptizatorum, qui ita interne sunt agitati,
 Quintanadv. tract. 1. sing. 8. & alii cum Gob. a num. 446. ubi
 refert casus, in quibus etiam ex infestatione spectrorum judica-
 tum sit, causam esse sufficientem.
 §. 5. Si quis sit dubius de valore sui Baptismi dubio juris tan-
 314 tum, quia nempe DD. aliqui probabiliter affirmant, alii probabi-
 liter negant Baptismus fuisse validum, Dicalf. d. 1. num. 217.
 Gob. a n. 414. dicunt talem licite suscipere reliqua Sacramenta
 præter Ordinem & Matrimonium, quia est in possessione, quod
 sit Christianus, & reliqua illa Sacramenta suscipiendo non est pe-
 riculum nocendi aliquid tercio. Oppositum quoad omnia Sacra-
 menta, videtur tenendum propter dicta a num. 105. quia non est
 licitum Sacramenta suscipienda exponere periculo nullitatis, cui
 re ipsa exponeret talis suspensio.
 §. 6. Sacerdos dubitans de valore sui Baptismi tenetur secun-
 315 dum dicta num. 126. ex charitate & justitia iterum baptizari,
 & iterum suscipere ex quadam convenientia omnes Ordines,
 etiam probabiliter Minores, Quintanadv. sing. 10. Gob. a num.
 472. Quid autem facere debeat, si ille multos confitentis au-
 dierit, aut Missas pro stipendio legerit; item ad quid teneatur
 penitentes ejus, si recitent de illius Baptismo dubitari, ex-
 plicat Quintanadv. sing. 11. & Gob. a num. 439. & 441. dicemur
 que postea de Penitentia.
 §. 7. Si dubium fiat de Baptismo Religiosi, baptizari debet a
 316 Parocho loco, iterumque sub conditione confirmari & ordinari;
 non est tamen opus, ut novitatum repetat, quia est probatus,
 Sylv. in resol. variis p. 1. v. Baptismus, cap. 5.
 §. 8. Si fiat murator Jesus, v. gr. keramine in virum, non de-
 317 bet repeti Baptismus, sed tantum mutari nomen femininum in
 masculinum, uti dicitur num. 321.
 Alii casus 24. circa dubium Baptismi videtur posuit apud Gob.
 a num. 656. item apud Quint. sing. 1. casus de Parocho vel ob-
 lettrice, quæ dicit se per decem annos carnis intentione bap-
 tizandos, ubi docet Quintanadv. omnes & singulos esse rebaptizan-
 dos, non obstante quod forte probable sit Deum supplere inten-
 tionem, ut ipse docet sing. 2.
 §. 9. Quid dicendum sit de infantibus expositis? Resp. 318
 Probabiliter videtur esse rebaptizandos sub conditione, etiam si in-
 veniantur cum apostolo sale vel cum scheda testante de Baptismo;
 uti multi cum Quintan. t. 1. sing. 9. Schild. t. 2. cap. 2. Gob. t. 2. n.
 397. Burgen. Centur. 1. cap. 94. Idem statuit Synodus Colonien-
 sis (2) sub Maximiliano Henrico pag. 59. dicens: quamvis fal-
 suerit, rebaptizandos esse sub conditione, nisi certioribus testi-
 moniis probatur esse comprobatur: Ratio est, quia Baptismus
 oblectricum merito censetur dubius, nisi sciatur esse esse probas &
 bene instructas, edicantur modum, quod baptizantur, ergo mul-
 to magis hic Baptismus censeri debet dubius, nam communiter
 confertur a matre, quæ forte nunquam vidit baptizari, nun-
 quam dicitur, nec præ pudore pretere voluit, metuens tamen,
 ne proles forte noceretur, baptizavit, uti scivit. Deinde possit
 infans a Judæo esse expositus vel ab alio excreante Baptismus,
 uti recte notat Sylv. & Mercerus apud Plat. p. 5. num. 139.
 * (2) Quid & pluribus probat Lambert. T. 1. p. 83. & seqq.
 * Sed audiamus Sacram Congregationem T. 3. p. 2. 15. Janua-
 *rii 1724. Dubitatum fuerat, quomodo se gerere deberet Pa-
 *rochus Sancti Spiritus in Saxin (Romæ) in collatione Baptis-
 *matis Infantibus, qui ad Archi-hospitale deferuntur. Iste in-
 *dem habeat schedulam de Baptismo testantem, sive non ha-
 *beant, & etiam si ex colore, & cæteris corporis qualitatibus
 *deprehendantur, eosdem esse constitutos in ætate sex, aut de-
 *cem mensium, vel unius anni cum dimidio. Respondit S. C.
 *esse baptizandos sub conditione in omnibus casibus expositis
 *juxta instructionem, & instructio est, quod excipitur a Ba-
 *ptismo sub conditione schedulæ, quæ haberet certitudinem.
 * Confer Benedictum XIV. de Synod. Dioc. lib. 7. cap. 6.
 * num. 5. & 6.
 §. 10. Quid dicendum sit de baptizatis ab oblectrice vel laico? 319
 Resp. Seqq.
 §. 1. Baptizatus ab oblectrice vel laico æque parum rebap-
 tizari potest, quam baptizatus a Parocho, si post examinatam
 materiam, formam & intentionem, cum qua Baptismus est col-
 latus, non sit prudens dubium de Baptismi valore, Sylv. p. 1. v.
 Baptismus, cap. 1. Dicalf. d. 1. num. 178. (3) Ratio patet,
 quia non est factus potuisse errari, cum Parochus etiam errare
 poterit, sed debet error præteriter præsumi posse. Nec refert,
 quod forte in aliquibus Diocesis sit consuetudo rebaptizandi,
 approbantibus multis Anterioribus, ut testatur Gob. t. 2. a num.
 171. & Arid. de Bapt. cap. 2. §. 3. num. 7. Nam consuetudo
 illa fundatur in erroribus aliquando animadvertis, de ex-
 tero consuetudo nihil potest immutare circa jus divinum, a quo
 pendet permisso, prohibito, vel jussio reiterandi Baptismum,
 Gob. num. 175.
 * (3) Et Lamb. T. 1. Edict. p. 82. & Bened. XIV. de Synodo
 * lib. 7. cap. 6. num. 4. Vide dicta paulo post ad num. 322.
 §. 2.

§. 4. Quisque licite sequitur statuta sue Diocesis circa rebap-
 320 tizationem illius, qui ab oblectrice vel a laico est baptizatus, Mar-
 ch. Gob. num. 171. Abstrahendo tamen ab ejusmodi statutis, pro-
 brique ab imperitis, & a mulieribus baptizati, licite rebaptizantur
 sub conditione, quia sepe deprehendi sunt errores ab eis com-
 missi, uti refert Gob. a num. 178.
 §. 3. Quando oblectrix est integra famæ, animosa, circum-
 321 specta, sepius experta & probata semper egisse recte, tunc pro-
 le nequidem sub conditione est rebaptizanda, si illa adverte eam
 a se esse legitime baptizatum, quia tunc non potest esse prudens
 dubium, Quintanadv. Gob. num. 183. rebaptizare autem extra pru-
 dens dubium, quamvis adit scrupulus levis, debet ordinarie cen-
 suri mortale, Hurt. Gob. num. 353.
 §. 4. Baptizatus ab oblectrice venefica rebaptizari debet, quia
 322 merito est dubium, Gob. num. 302. & iterum a num. 983. In du-
 bio, an fuerit venefica, putat Gob. num. 697. non esse rebaptizan-
 dum, quia in dubio non presumitur delictum; sed videtur dicen-
 dum rebaptizandum esse, si dubium sit prudens, quia tunc etiam
 prudenter dubitatur de valore Baptismi.
 §. 5. Quid dicendum sit de baptizatis ab heretico Predicante?
 323 Resp. Hos omnes rebaptizandos esse docet Quintanadv. alique plures
 cum Dicalf. d. 1. num. 180. quod Gob. t. 2. num. 392. dicit sibi
 videri certum quod baptizatos a Predicantibus Anglis vel Hol-
 landis, eo quod constat nullam fere religionem jam diu fuisse in
 Anglia; in Hollandia autem numerari ad 80. & quis credit, in-
 quit, apud hos non esse errores substantiales etiam circa Sacra-
 menta? Ideoque Gob. num. 296. tandem desinit in sententiam Dicalf.
 De Anglis idem docet Sylv. p. 1. v. Bapt. cap. 3. Ratio potest esse,
 quia Predicantes multi putant Baptismus non esse ad salutem
 necessarium, sed sufficere fidem parentum, ideoque negligunt
 aliqua necessario requisita; alique utuntur aquis odoriferis, non
 curando, an sit elementaris, dummodo sit fluida; quandoque
 unus effundit aquam, dum Predicans profert formam, vel ex ca-
 thedra legit Evangelium. Etiam metuedunt esse, ne careant in-
 tentione debita, nam, uti jam accipio per litteras a quodam
 Missionario, petunt quandoque, a parentibus velint prolem ba-
 ptizari Catholice, an Lutherane; item, inquit, inquit in Missiona-
 ris, quibus baptizari, prout alievit, vel sibi formulam fabricat,
 abique cura, dummodo in speciebus verba profert, quæ Baptis-
 mi collationem qualitercumque significat, & ita ex rituali suo
 dicunt multos locis: Ego te baptizo in nomine Patris, Filii, &
 Spiritus Sancti, omnia, & quam formam licet num. 45. cum
 communi dixerim valere, tamen Comitibus lib. 1. quest. 7. negat
 valere, & Catholici malunt pro nobis tradita addi Patris,
 Filii &c. prout habet forma a Christo secuta Matth. 28.
 v. 29. Ex quibus colligo, si in quibusdam locis sint ita incurri
 Predicantes, nec sollicitè observent ea, quæ Catholica Ecclesia
 requirit ad valorem Sacramenti, debere a talibus baptizatos sub
 conditione rebaptizari. (1)
 * (1) P. Matthias Hernandez Dominicane Familie petiit a
 * Sacra Congregatione I. an infantes domi in casu necessitatis
 * baptizati, sint sub conditione rebaptizandi. II. An & in quibus
 * casibus hæretici debeant sub conditione rebaptizari, si ad
 * fidem Catholicam convertantur. Porro S. G. an. 1683. 27. Maii
 * respondit apud Lambert. T. 4. p. 201. ad primam negativè, nisi
 * adit dubium probabile invaliditatis. Ad secundum ut supra.
 * Vide Benedictum XIV. de Syn. Dioc. lib. 7. cap. 6. num. 7.
 §. 6. Quid observandum sit, si repetatur Baptismus? Resp.
 324 Preter notata a Busembaum & relata num. 284. observanda sunt
 seqq. 1. Quando sub conditione repetitur Baptismus, probable
 videtur, quod non sit obligatio confitendi, quia libertas est in
 possessione, certum enim est baptizandum non fuisse obligatum
 confiteri ante Baptismus, & superest dubium de Baptismo,
 ex quo sequeretur esse obligatio, possessionem autem certam non
 expungat dubium superveniens. 2. Adultus, qui baptizatur, tenetur
 præteriter saltem attritionem, non quidem peccato originali,
 sed de actualibus mortalibus, si commiserit, Gob. t. 2. num. 404.
 3. Baptismus, qui ob dubium sub conditione repetitur, secun-
 325 dum aliquos potest licite peragi omni loco, & a quocumque
 etiam laico, eo quod Canones struunt, ut sit Parochus vel
 Sacerdos, videantur tantum loqui de Baptismo absoluto: quid-
 quid sit de hoc, melius est etiam in Baptismo, qui sub condi-
 tionem repetitur, se accommodare ubi communi, & adhibere saltem
 Sacerdotem, si haberi possit, Gob. num. 405. imo Parochum
 ipsum, secundum dicta num. 376.
 §. 61. An ille, qui movitur dubio baptizatus, sit sepeliendus
 326 in loco sacro? Resp. De hoc aliisque ad sepulcrum pertinentibus
 agemus lib. 7. quando de excommunicatione.
 DUBIUM V.
 De Ceremoniis Baptismi?
 ARTICULUS I.
 Quæ servanda circa Ceremoniis baptizandi?
 §. 1. Ceremoniis Baptismi petende sunt ex Agenda cusj-
 327 * Resp. Ceremoniis Baptismi petende sunt ex Agenda cusj-
 * ria. I. Baptismus extra necessitatem abique peccato non pos-
 * se conferri, nisi in aqua consecrata; que cum deest, habetur
 * formula brevis in quibusdam Agendis, ex tempore aliam con-
 * ferant, pro casu necessitatis. Quod si etiam hæc formula ca-
 * reat, adhiberi potest aqua communis benedicta. II. Baptis-
 * mus solemne non conferendum, nisi in templo, & loco ad
 * id deputato, nisi filius Regum & Principum; quibus adde filios
 * Catholicorum, in locis hæreticis: interim quoad hoc, in ma-
 * gnatibus & nobilibus convenerit in multis locis. Laym. lib. 5.
 * t. 2. cap. 8. num. 8. III. Infantes ex consuetudine deferendos
 * ad Baptismus, circa diem octavam, nisi prius sit necesse,
 * vel nisi sit gravis causa dilationis (v. g. quia Patris sunt ex-
 * pectandi) in qua tamen non licet committeri, extra necessi-
 * tatem, privatim baptizare, & postea adhibere solemnitatem,
 * sed præter expectare aliquando, Laym. cap. 6. num. 8.
 * IV. Baptizanti non licet adhibere ceremoniis aliquas, omis-
 * sis aliis: quia vel fiet in Baptismo solemni, quod prohibet
 * Trid. sess. 7. cap. 3. vel privato: sed in hoc prohibet Cere-
 * monia unica, illas adhibere, nisi sit filius Regis aut Principis.
 * De Patris tamen usus habet, ut & tunc adhiberi possit,
 * etsi non sit necesse. E. multi putant adhibendum non contra-
 * here cognationem spiritualem, nec vere Patrum effici ut
 * Sanch. Rodrig. contra Laym. & Suar. quorum tamen senten-
 * tia videtur probabilior.
 * V. Cum in necessitate, vel aliam ob causam (nam ob gra-
 * vem causam, v. gr. justum timorem infamie, aliquando licite
 * fit) Baptismus sine ceremoniis est collatus, & cessante illa
 * solemnitatis in templis sunt suspendenda. Quod tamen non est mo-
 * ris in hæreticis convertis, ne plebs putet, nos eorum Baptismum
 * improbare, Laym. cap. 8. num. 10. Imo in aliis, omittitur, se-
 * culo contemptu, esse veniale, docet Possiv. de offic. Cur. cap. 6.
 * num. 33. Qui autem tenet more Patris infantem, dum ceremo-
 * nie suppletur, non contrahere cum eo cognationem spiritua-
 * lem. Dian. p. 3. t. 4. R. 249. ex Pontio dicit esse probabile.
 * VI. Si Baptismus collatus deprehendatur fuisse invalidus,
 * non ideo repetendus sunt ceremoniæ.
 A D D E N D A.
 Q. 62. Quid agendum sit, si mulier vel oblectrix assidit, vel
 328 Parochus baptizare resistit, nisi mater manifeste Patrem?
 Resp. Spee exigit ad bonum commune, ut resistatur, qui
 sit Pater cujusque infantis, tum ut provideatur alimentatio &
 educationi illius, tum ut deterratur quique ab illicito concubi-
 tu: hinc in quibusdam Diocesis mandatur, a civili ut etiam
 ab Ecclesiastico Magistratu oblectricibus, ut non assistant, & Pa-
 rochis, ut extra periculum mortis non baptizent prolem, nisi ma-
 ter manifeste Patrem, qui etiam referri debet in librum bap-
 tismalem. In hoc itaque casu, si ita mandetur, vel alibi sit con-
 suetudo, tenetur mater sic interrogata manifestare Patrem: Ali-
 bi non tenetur nec debet, ne Patrem infamet, Gob. t. 2. num. 160.
 Sed ex illa præcise nominatione mulieribus non potest certo cre-
 dere hunc vel illum esse Patrem, facile enim possit Mater vel-
 celare verum Patrem, & in alium conciere tale crimen, unde
 Parochus communiter inscribere non debet, v. g. natus Ticio Pa-
 tre, sed sic, uti Mater dicit, Ticio Patre. Si tamen alia signa
 certitatis accedant, cogi potest sic nominatus ad alendam suo
 Parentem & pro tali inscribi, per se loquendo, non peccat,
 sed per accidens difficulter eductur omne mendacium. De hoc
 tamen videri potest Gob. in annotatione post num. 163.
 Q. 63. Quid addendum circa nomen, quod in Baptismo impos-
 329 nitur? Resp. Seqq.
 §. 1. Non est quidem preceptum, est tamen pium monitum S.
 Pii V. & Pauli V. ut infantibus non imponatur nomina nisi Sancto-
 rum, pro quo multas congruentias asserit Rayn. in libello de pietate
 erga particulares Sanctos can. 11. hinc non peccat, qui imponit no-
 men hominis etiam non beatificati. Non est tamen facile acquiescen-
 dum volenti imponere nomen æthereum, quia est quoddam offensio
 Christiani nominis, uti habet Cæc. Rom. De Bapt. cap. 14. num. 3.
 Improbatur etiam Valg. & Quintanadv. nomina antiqui testamenti, quia
 videtur denotare sanguis hæreticus; sed quoad hæc scienda non est
 difficultas pro his partibus, in quibus passim usurpantur nomina Adami,
 Danielis, Jeremie, Tobie, Jobi, Davidis, Abrami, &c.
 §. 2. Si non possit satis dignosci, an infans sit masculus, an
 330 femina, & videatur esse periculum mortis, omitti potest no-
 men, & dici, creatura Dei, ego te baptizo &c. Si autem infans
 putetur superviviturus, & c. Capor. dicunt illi dandum esse no-
 men viri, quia in dubio presumitur sexus masculinus, cum natu-
 ra semper ad eum, utopere perfectiorem, tendat, alii putant
 dandum esse nomen femine, quia natura deficiens solet harum
 plures procreare, Gob. tract. 2. num. 339. melius dicit imponen-
 dum viri & femine, sicuti de factis mulierum viri vocantur, Pe-
 trus Maria &c. postea autem cum apparerit, cujus sexus sit,
 nomen oppositi literæ poterit vel dimitti vel etiam renneri,
 nam conitat in hac nostra Germania etiam masculis in Baptis-
 mo dari nomina, v. gr. Petrus Maria Joseph.
 §. 3. Si sexus mutetur, v. gr. si quis ex femina fit vir, quod
 331 frequenter factum esse testantur Auctores apud Gob. num. 228. no-
 men e feminino mutandum est in masculinum, vel contra v. g.
 vocando pro Petronilla Petrum, pro Joanne Joannam, ad quam
 mutationem non requiritur auctoritas Episcopi, uti vult Satus,
 neque Superioris, ut vult Sa. led fieri potest auctoritate privata,
 ut melius docent Abb. Bonac. & alii, cum nulla de hoc sit lex
 vel consuetudo, recte tamen notat Gob. num. 340. ad consuetu-
 nem & errorem vitandum monendos esse Patrimos vel Parochum.
 Addit Dicalf. d. 1. num. 154. nomen in Baptismo impositum posse
 propria auctoritate mutari, eo quod non videatur illo jure
 prohiberi. De cetero, debet ordinarie nomen imponi secundum
 designationem Parentum, Gob. num. 242.
 §. 4. Nulla ex nomine capi potest præsumptio de natura vel
 332 vitio alicuius, unde frivolum est dicere, v. g. de aliquo Petro,
 quod sit calidi capitis, de aliquo Juda, quod sit furax, per acci-
 dens enim est facti vocari, nec nomen imponitur aliquid confert
 ad naturam, Gob. 242. contra alios Iuristas.
 Q. 64. Quid circa Baptismus solemne & privatim sit adden-
 333 dum? Resp. Seqq.
 §. 1. Baptismus tum dicitur solemnis, quando fit cum ritibus
 & ceremoniis, etiam si fiat domi vel alio loco privato, nam licet
 locus sacer sit inter requisita ad solemnitatem, tamen, reliqua
 sunt potiora, ideoque ab illis definitenda est denominatio, Gob.
 t. 2. a num. 484. Solemni autem non opponitur privatus, sed tan-
 tum non solemnis, id est, factus sine plerisque & præcipuis riti-
 bus seu ceremoniis ab Ecclesia præscriptis.
 §. 2.